

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Appendix II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360

das heiſſe nur den Leuten Staub (pulverem ſcholasticum) in die Augen werffen, daß ſie die Wahrheit nicht ſehen ſolten. Quo ſcom-
mate, quaſi uno oris hiatu tot difficultates
diffari poſſe putat, & non ſolum in tot ve-
ritates divinas, quas pulverem convitiatur,
blasphemus, ſed & in officium meum inju-
rius eſt, quod tam alto Prædicantium ſuper-
cilio, plane contra Lutheri Chriſtiqve men-
tem, viliffimus pulvis eſt, quam bene aut
male hæc oſcitaverit tantus Theologus, aliis
dijudicandum relinqvo.

APPENDIX II.

VIdi tandem Rever. atqve Clariffimi Dn.
Lic. Pauli Bergeri Paſtoris Lutheranæ
Cœthenenſis Eccleſiæ digniſſimi ORATIO-
NEM INAUGURALEM, in Lutheri Ca-
thedra, in Reformatos hodiernum non mi-
tiori, EXERCITATIONI ſupra citatæ DE
NESTORIANISMO 1726. oppoſitam, cir-
ca quam, quantum ad meum negotium per-
tinet, paucis monendum duxi. I. Doctiſ-
ſimum D. Oratorem verum EXERCITA-
TIONIS ſcopum advertere noluiſſe, qui
neutiqvam eo tendit, ut Neſtorii hæreſis ex
orco revocet, aut extenuet; hanc enim &
Reformati cum Lutheranis averſantur: ſed
ut injuriam, quam Reformati, quaſi & ipſi
Neſto-

Nef
pat
Sci
Rel
the
om
Or
din
ex
fici
gio
for
ſio
run
&
lis
an
ro
m
ve
ut
ut
ſio
in
ut
q
ſu
la

Nestorio adhinniant, a Lutheranis similem patiuntur, ob oculos ponat & deploret. Scilicet, quamvis longe dispar Nestorii & Reformatorum sit causa, parem tamen Lutheranorum orthodoxorum, ad unum fere omnium, in Reformatos, qui priscorum Orthodoxorum fuit in Nestorium, amaritudinis esse Spiritum, qui nullis precibus & excusationibus, nulla lenitate, nullis beneficiis, ut ut maximis, v. g. Libertatis Religionis Lutheranae in Rep. Coethenenfi Reformatata exercenda, clementissima concessione, Scholarum, Templorum, Academia- rum Lutheranarum a Reformatis Regibus & Principibus liberalissima erectione, (qualis & ingratis Hallensibus contigit,) atque amplissimorum munerum, imo ipsarum Coronarum ornamentis collatis, ad fraternam mutuam charitatem haecenus flecti nequiverit, sed quavis occasione in Reformatos ut haeticos grassatur, & pacis etiam inter utrosque Autores odio & invidia, suspensione, remotione, honesto exilio, & si licuisset, vel rogo mactaverit, prout ipsemet, ut expertus Rupertus de hac ipsorum iniquitate testari possum.

II. Quamvis demus, Nestorium progressu disputationis in pessimum errorem prolapsum esse, Orthodoxos vero laudandos, quod

quod orthodoxam Antiquiorum sententiam recte simul defenderint; id tamen nemo inficias ire poterit, utrosque in uno eodemque errore simul hæsisse adeoque inter utrosque logomachiam de phrasibus utrinque incommodis intercessisse. Utrique enim hypostasim ut nudum conceptus humani vocabulum spectant, & cum *σοία* seu *ϕύσις* pro uno eodemque habent, uti ex Cyrilli verbis p. 39. citatis patet, verbo hoc: *Secundum hypostasim* cum unionem dicimus, nihil aliud significamus, quam quod solummodo Verbi *ϕύσις* sive *ὑπόστασις*, quæ est ipsum verbum, humane nature vere sit unita; ubi *ὑπόστασις* & *ϕύσις* ipsi æquipollent. Cum igitur unionis personalis formale in conventu & concursu, ac combinatione duarum in abstracto naturarum cum Lutheranis posuerint, quod hæ duæ naturæ in naturali conjunctione concurrenter, & se invicem communicanter quoad naturales essentias & proprietates, positæ licet in concreto, Deus & Homo, intellectæ tamen in abstracto, Deitas & Humanitas, unus sint Christus, seu una persona; plane uti etiam Nestoriani illud descripsisse dicuntur p. 39. quis non videat, unum idemque esse, si cum Nestorio dixeris; duæ hypostases naturatæ, divina & humana

mana, sunt unus Christus in una connexion-
ne Filii, seu vocantur una persona, Filius
Dei; aut cum Orthodoxis, duæ naturæ per-
sonatæ in abstracto secundum *φύσιν* con-
sideratæ, sunt per mutuam naturaram *συ-
ούσιν* & *ἐνασιν* una persona Filius Dei? utra-
que enim opinio obscurissima est, & verum
unionis vinculum non ponit, imo id pro
rationis fictione habet!

Quicquid autem sit de Cyrilli & Nesto-
rii opinionum discrimen id tamen est certif-
simum, Lutheranos & Reformatos verius
de incarnatione consentire, scilicet Christum
unum duas divinam & humanam naturas di-
stinctas in unam personam terminare, quæ
secundum unam eandemque hypostasim
physicam & verus Deus sit & Homo verus;
contentionem autem utrique agitari verba-
lem, seu de phrasibus incommodis, æquivoco-
cis, & ex his aut Eutychianis aut Nestoria-
nis consequentiis elicitis, sed utrinque haud
agnitis, adeoque fidei unius fundamentum
haud lædentibus hinc fraternæ tolerandis &
conciliandis.

III. Certum est, Rixam Nestorii & Or-
thodoxorum quoque hac in parte Protestan-
tium litibus esse simillimam, quod, uti Ortho-
doxi phrasibus suis philosophicis a scriptura,
alienis,

alienis, v. g. Mariam esse Θεότοκον, scandalum, & inde Schismati ansam dederunt, ita & Lutherani phrasibus suis philosophicis de communicatione Naturarum abstractiva physica reali, manducatione orali, substantiali &c. causam Schismati præbuerint & alimentum. Quantum enim ad istos pertinet, facile quivis perspexerit, phrasin Θεότοκου scripturæ esse incognitam, ac ei vix ac ne vix quidem conciliabilem, Ecclesiæ autem, æque ut Arii & Nestorii hæresin, fuisse fatalem, quippe quæ, uti illa Orientalem Anti-Christum, sic hæc occidentalem, & inprimis idolatriam Marianam peperit. Nam etsi id nobis Protestantibus extra dubium est, Naturam hunc e Maria virgine Jesum Hominem unum eundemque esse Filium Dei, id tamen certum quoque est, ipsum e Maria esse genitum non ut Deum & Dei Filium neque naturaliter, quod per se patet, neque personaliter, quod D. Menzerus Disp. Gieß. Tom. VI. p. 231. vult, (sic enim a solo Patre Deo genitus est quia naturam divinam & personam divinam,) sed tantum ut Hominem & Filium Hominis, tum quia Naturam humanam, tum quia personam humanitati per incarnationem propriam factam; Unde Nestorius recte Orthodoxis ostendit, Deum seu Deitatem ex homine gigni non posse. Deitas

De
di
dig
ide
sub
div
par
ext
ria
con
tico
De
æq
po
Or
the
tur
uni
no
Or
ran
lin
36
qv
ha
ea
&
du
ca
om

Deitas enim ex Homine orta non naturalis,
divina est aterna, sed Arian & Socini factitia,
dignitativa. Gignere enim Orthodoxis
idem est ac genito communicare essentia &
subsistentia existentiam. Sed hoc neque
divinae naturae neque personae respectu de
partu Mariae dici potest, quia utraque jam
existit. Si autem humanitatis respectu Ma-
ria *θεοτόκος* appellanda, quod ex unione &
combinatione cum divinitate ita huius par-
ticeps facta sit, ut inde facta sit Deus, seu
Dei natura (ut Apollinaris loquitur,) &
aeque hinc, ut divina omnivivifica, omni-
potens, omnipraesens, uti celeberrimus Dn.
Orator p. 40. pari cum Orthodoxis & Lu-
theranis errore, per talem reciprocam na-
turarum & proprietatum communicationem
unionis personalis formale descripsit, quis
non videt, Nestorium & Reformatos recte
Orthodoxos arguere, quod hac ratione Natu-
rarum exaequationem & confusionem Apo-
llinaris & Eutychis introducant? unde & p.
36. id Nestorius inprimis damnaſſe refertur,
quo ex conjunctione divinitatis & carnis
haec ita divinitatis capax asseritur, ut per
eamdem ipsam humanam carnem deificatam,
& Deus & Homo genitus dicatur. Optan-
dum itaque esset phrasin illam *θεοτόκος*,
ceterasque Lutheranorum aequivocas &
confe-

consequentiaras in Ecclesia nunquam fuisse
auditas, ita enim infauſta de illis contenti-
ones nunquam eſſent exorta. Interim pa-
tet, turbas haſce, uti olim ita & hodie
omnes ex confuſione *ὑποστάσεως & ὁμιλίας*,
atqve unionis perſonalis & communicatio-
nis naturarum proveniſſe. Chriſtus enim
qva naturam & qva hypotaſin carni propri-
am humanam factam genitus eſt e Maria
tantum ut Homo, & huc unionis perſona-
lis ratione *θεοτόκος* hoc dici nequit, ſed tan-
tum *Χριστογενής* ſeu qv od Chriſtus juxta car-
nem ex ea genitus ſit. Chriſtus quidem e Maria
ut Homo genitus, eſt idem qvoqve Dei Filius;
Sed hoc non habet ex illa nativitate Mariae, ſed
e nativitate Dei Patris aeterna; a qvo ut Deus
ex Deo, qva naturam & perſonam divinam
genitus eſt, & hinc in incarnatione non
demum ut Deus natus eſt a Maria, ſed, qv od
jam tum fuit, Deus juxta divinitatem per-
manſit. Qv od autem ut Deus natus & paſ-
ſus eſt in carne, id non pertinet ad unio-
nem naturarum perſonalem & nativitatem
Mariae, ſed ad communicationem natura-
rum gratioſam, & ad officium Meſſiae, cum
qvo Maria nullum propter nativitatem com-
mercium habet, adeoque Titulo hoc divi-
no, qv od ſit Dei para mater & genetrix Dei;
eine Mutter Gottes, maſtari non poteſt;
imo

Imo *Christus* *Verus* accurate dici nequit, mater seu causa efficiens Christi & Salvatoris mundi, ut ex hac nativitate & jure parentelæ ipsi in Salvatorem ut filium, vel imperium, vel jus intercessionis & Christo obedientia & observantia filialis debeatur. Quod enim Christus est & Salvator id non ex sola nativitate vel divina vel humana habet, sed ex sola Dei Patris benevolentia, gratia & ordinatione ad hoc officium per unctionem Spiritus Sancti in conceptione statim sine mensura factam, tum in baptismo visibili forma solenniter repetitam, qua ad hoc munus Messianum inaugurabatur. Unde & Mariæ Matris imperium, aut minimam intercessionem in negotiis Messiani officii ipsi ex temeritate & arrogantia intentatum, seria reprehensione, Spiritu idololatriam Marianam prævidens, rejecit: respondendo: mulier! quid tibi hac in parte mecum est negotii! & quid tibi in me imperii & juris intercessionis? mulier es! & genuisti me ut hominem quidem & filium hominis, & hinc & es mater mea, ut hominis, sed non genuisti me ut Deum, & Dei Filium & Christum! hinc nec mater Dei & Christi dicenda es! uti Marc. 3. 31. in officio suo ab ipsa interpellatus Mariam, ut matrem suam agnoscere repuit.